



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Vtriusque difficultatis & totius quæstionis decisio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

lum extrinsecus, ex voluntaria, & non conaturali prohibitione, siue naturali etiam; sed in aliquibus circumstantiis, ut homicidium, ubi defensio propriæ vitæ absit: æstimatur enim, quo ad difficultatem primam, ita illas esse diuidendas: & quidem, ut id, quod ipse intendit probatione secunda conclusionis apparentius proponatur nonnihil ea diuisio conducit; at verò nihil re ipsa conducit. Siquidem extrinsecis positis, quibus etiam actiones, quæ de se, & ab intrinseco malæ non sunt, prauæ redduntur, eadem omnino difficultas est, an in illis possint à Deo solo actiue produci atque voluntati infundi possint actiones suapte naturæ, & essentia prauæ: Vt Dei odium, & blasphemiam, in quibus ille exemplum ponit: Siquidem prauitas, quam hæc natura sua habent, illis circumstantiis præstent: ut non minus his prauas in eis circumstantiis naturæ, & essentia coniuncti non esse repugnet, quam illis ex essentia, & intrinseca natura. Supponit secundò: duplicem respectum in actibus prauis posse reperiri respectu voluntatis diuinæ, tanquam causæ: alterum ad voluntatem diuinam ad illas voluntatem creatam libere, ac prauè operatam præuolentem, aut inducentem, adhuc non prædeterminatiue, ex intentione tamen, ut prauè operetur; nedum prædeterminantem, & neutra ex his præuiliis motionibus posse Deum concurrere, vel prauè præuolentem voluntatem creatam ad actionem prauam, hancve à Deo actiue pendere ostendimus vsque ad questionem 5. quin causæ, & authoris peccati fecerit incurat: alterum verò respectum actus prauum ad Deum, tanquam ipsius causam designat, non quatenus actum prauum ab alio prauè fieri facit, sed quatenus alio nequitiam, ne dum prauè operante: quo concurrenti modo non prædeterminat propriè, sed solum actum illum Deus effici solus & producit.

4. His autem positis Ruiz negatiuum conclusionem probat duplici ex capite. Primum ex impossibilitate productionis actus vitalis à solo Deo, absque illo viuente, potentiaque vitalis actiui influxu: quod satis quidem commune, & firmum est ut cert. 2. conclus. 1. videbimus. Alterum verò caput esse ait: ex intrinseca malitia obiectiua, quam actus emittit, & intrinseca natura sua prauum habent, (quod ipsum habent, ut dixi num. 3. actus ab extrinseco, & ex circumstantiis prauis, his adstantibus, cum illi eliciuntur,) ut ex eis, tanquam malitia operationis, obiectiue malis, tota, ac præcipua malitia operationis, atque volitionis eorum delinatur: atque accedente libertate volentis, ac libere operantis, ad moralitatem, imputabilitatem ad culpam, & peccatorum obiecta de se, (& idem est ex circumstantiis,) praua volens, legique & rationi de se physice repugnantia, efficiens à culpa, & peccato nequeat excusari: cum ergo in presenti casu, quo, se solo, & actum prauum Deus velle, & efficere, libere quidem, & efficere vellet, nec posset non Deus inhoneste actum illum velle: Confirmat: quia odij Dei actus essentia, & quidditas sua est desiderium, ut Deus non sit, eique nocumentum se inferri posset, inferret: efficitque, ut eius honor, præcepta, & obedientia conculecentur: quapropter illum elicere, & operari, adhuc partialiter indecens, ac turpe creaturæ est: multo ergo Deo turpius erit illud sui odium, siue extra, siue in subiecto totaliter totalitate causæ actiue agere, & operari: quare Ruiz nostri sententia est: Deum se solo actum intrinsecè, & natura sua prauos efficere non posse, data adhuc hypothese, in sua sententia impossibili, quod actus vitales se solo producere Deus valeret: quod argumentum pro hac Conclusionis parte ex hypothese impossibili eandem vim habet in actibus ex circumstantiis prauis, dum eis adstantibus creaturam ob libertatis defectum inculpabiliter operatam ad eos eliciendos prædeterminatiue præstaret, quam ab vno ad alterum illationem, & si non adeo expressè, virtute tamen, & implicite satis recognouit Ruiz sect. 2. difficultati secundæ ex propositis satisfaciens ut ex eius probationibus patet.

CERTAMEN II.

Viris que difficultatis, & totius questionis decisio.

1. Dico primo: implicat Deum agere, seu efficere actiue se solo actum vitalem seu operationem de se prauam adhuc materialiter talem siue extra subiectum siue in subiecto: ac subinde præstare actum prauum inde creaturæ inculpabilem: Conuenit in hac Conclusionem mihi cum nostro Ruiz, & plerisque aliis, qui in principio vnde eam vix probabimus nobiscum conueniunt: est autem Conclusio contra Doctores citatos num. 1. Probat actum, siue operationem vitalem esse, & producti absolute absque influxu viuents in ipsum implicat: ergo implicat absolute à solo Deo actiue fieri actum seu operationem vitalem creaturæ voluntatis: ergo, & ita à Deo solo actiue faciendam præstari: Secunda hæc consequentia est perspicua: implicat enim Dei præstatio, efficere volitio de obiecto impossibili. Prima item consequentia de se claret Antecedens probatur: quia implicat aliquid absolute esse, quin & eius essentialia prædicta omnia absolute sint: sed vnum ex prædictis essentialibus operationis, seu actus vitalis est dependentia à potentia vitali, & viuents creaturæ, tanquam à principio actiui: ergo implicat actum vitalem creatum esse absolute, quin eius dependentia à potentia vitali, seu viuents, tanquam à principio actiui seu quod idem est, huius in illum influxus actus absolute sit, & existat: ergo implicat esse actum vitalem absolute à solo Deo actiue concurrente. Maior ex instanti à nobis probata est controu. de anima de essentia actus vitalis, ubi eius questionis propria sedes, quæ hic supponenda est non probanda, inde inferret eundem, & proximè actum vitalem seu operationem de se prauam non posse se solo actiue efficiendam à Deo præstare.

2. Dico secundò: Nequit Deus actum, seu operationem vitalem ex circumstantiis, & si non natura sua prauam se solo efficere, aut se solo actiue efficiendam præstare, de hac Conclusionem, nil expressè Ruiz noster, de eius tamen sententia, & mente omnino est. Probat argumentum factum, quod ex prædicto generico actus vitalis, non autem ex specifico, vel aduenticio prauitatis delinatur: quare de actu omni vitali, siue ei prauitas intrinseca, siue aduenticia sit æque probat. Consulto dixi in veraque conclusione de actu prauo vitali solum: sunt quippe actus plures prauis non vitales essentia sua, ut homicidium, furtum, quæ praua sunt, non tamen essentia sua actus vitales sed quæ secundario ab actu voluntatis illos imperante vitalitatem participant, sicuti & libertatem necessitatem, ut propriè, & formaliter materiale peccati sint, contrahuntque moralem malitiam, ac sint absolute peccata: idcirco de his conclusiones sequentes de Hypothese impossibili non erunt: sicuti erunt de actibus prauis vitalibus, de quibus solum, imò intrinsece prauis, solummodo locutus fuit Ruiz sect. 1. citata, casu, quo absque dependentia voluntatis creatæ fieri possent. Verum ad rationes decidendi ipsi negatiue, nobis autem affirmatiue, in sequentibus conclusionibus vitalitas actus, seu non vitalitas nihil officit, nec prodest, nec intrinseca ei vel aduenticia prauitas admodum absolute actus adesse absolute, vel absolute abesse ab alterutrius sententia probetur, ut ex dictis & rationibus nostris & aduersarum solutionibus clarebit.

3. Dico tertio: Potest absolute Deus actum prauum siue ab extrinseco, siue ex circumstantiis se solo, & absque illo creaturæ influxu actiui, tam in subiecto, quam extra illud, actiue producere: est contra nostrum Ruiz conclusio reliquis sententiæ suæ post primam probationibus, habet autem Patronos Doctores omnes citatos cert. 1. num. 1. Probat quia in actibus prauis ex parte, ac non vitalibus, atque in vitalibus ex hypothese quod à solo Deo actiue producerentur, possentve actiue produci, nihil malitiæ adhuc obiectiue est, si à solo Deo producantur, ex quare eorum à solo Deo actiua productio, vel decretum Dei ita illos produendi moralem trahant malitiam, aut feceritatem: ergo eiusmodi productio, aut decretum

creatur ita eos actus producendi Deo non repugnant, consequentia est ipsi Ruiz, (contra quem nunc agimus) perspicua, qui inde solum, quod ad hanc difficultatem ex hypothese productionis actus pravi à solo Deo actiue concurreret, & implicare posse, & supponit, & fatetur: quare sola antecedentis probatione opus nunc erit. Illud autem proba, quia ea productione odij v.g. Dei, nihil agente creatura, Deus non contraheret fœditatem causandi actum prauum & peccatū creaturæ, quæ absq; dubio non peccaret odio Dei, vel extra ipsam, vel in ipsa à Deo tamen solum actiue producta: ad quod proinde creatura non solum libere, vt opus ad eius moralem malitiam erat, sed vltrenus adhuc actiue non concurreret: sed nec contraheret malitiam odij Dei, seu sui ipsius formalem, nec causam solum; siquidem odio illo Dei decreto se ipsam Deus nullatenus odisset: imò neque odire posset: tum quia creatum illud odium est, nec Deo immanens; odium autem, quo quisque, vel ipsam, vel alium odisse potest, immanens esse debet: quo autem Deus odio aliquod habere debet esse increatum, & diuinum: ergo, neque, vt causa turpis odij Dei, neque vt se ipsum turpiter odio habens malitiam aliquam aut fœditatem incurrit.

4. Dices: odium Dei, quemuisque actum, siue de se, siue ex circumstantiis, in quibus agitur prauum, physice aduersari legi, & rationi naturali, ac proinde secundum se, vel secundum circumstantias, in quibus agitur, atque inde eius siue operationem siue mediatam, siue immediatam, & voluntatem illam volentis, vel quouis gradu causantis, libertate accedente, moraliter viciari. Hæc, & vnica solutio argumenti, & vnicum conclusionis aduersæ argumentum est: cuius impugnatione, & conclusio aduersa quassatur, & cuncto argumenti nostri præcluditur. Contra primo, quia nulla lex, dictamenve rationis naturalis, siue diuinæ, siue creatæ prohibet odium Dei, vel actionem turpem in abstracto, sed in concreto, non odire Deum: non fornicari, & id directe, indirecte aut, & mediate, ne causauerit, vt alter Deum odiret, aut fornicaretur: & id quidem non solum formali denominatione, sed actiua elicientis odium, aut operantis fornicationem, furum, aut homicidium illave causantis in altero cum libertate efficienda, vel in se admittenda: vt eis, vel ipse actiua libera ipsi denominatione Deum odiret, vel alium, actiua etiam, libertateque ipsi denominatione, Deum odisse, vel fornicari faciat: quæ plane omnia in productione odij Dei, vel homicidij à solo Deo actiue illud producentis omnia absunt; cum nec per odium Dei se ipsum Deus odiret, nec creaturam actiue, & libere actiue, & libere actiua denominatione Deum odisse faciat.

5. Quod autem sola alterutra odij Dei, seu actus pravi, quo ita, vel operans Deum formaliter odiret denominatione actiua libera, vel alterum Deum odisse, prauève operari simili actiua libera denominatione faciat, dictamen rationis, (quæ in Deo lex æterna est) operatio aduersæ: non autem ipsum Dei odium, aliulve actus prauus, vel secundum se, & intrinsece, qui dicitur prauus, vel adstantibus eleuantis in quibus prauus euadere satis sit eius actualis, siue formalis, siue causalis operatio. Probatur. Primo: quia dictamina eiusmodi legis æternæ, & rationis recte non terminantur, ferunturque, nisi ad potentes ita actiue ex rationis dictamine, & ex electione, & libertate operari in concreto denominatione actiua libera, vt patet ex omnibus præceptis Decalogi, quæ de iure naturæ sunt. Diliges Deum & proximum: non perieris: non occides: non furaberis, &c. & in aliis iure positio, quæ nisi ad potentes rationis dictamine pro libito vti, vel abuti aliquam dirigitur; nec, quoad vim coactiuam, nec quoad directiuam; Vnde irrationalium cotus, homicidij, rapinæ prohibita non sunt, quo circa rectum rationis dictamen, siue diuinum, (quod lex æterna est,) vel creatæ rationis, quo actus prauos auersatur, nequit ex parte adhuc obiecti in actus ipsos secundum se, & entitatem suam, vel solam, vel circumstantiis, in quibus prauè eleuantur vellicat præcisè ferri, abstractendo ab actiua libera potestate operantis, ex qua actiua libera denominatione eos concretè operetur formaliter, vel alium simili denominatione faciat operari: quare distinctio illa malitiæ physice obiecti à malitia imputabilitatis eo modo, quo à nostro Ruiz explicatur locum non habet:

Nam his, quibus naturalis amentia adest, nec lætæ leges sunt, nec ad tempus iis, qui ad tempus dementia laborant: quare nil obiectiue adhuc, & physice ipsis, quæ talibus, malum ex dementia accidenti operantur, ipsiue rationis dictamine prohibitum: ac idco, nec eis imputatur ad culpam: quam dubio procul incurrerent, si illis ea obiecta, & operationes ex parte obiecti prohibita absolutæ forent.

6. Probatur secundo, quia, si in actu prauo, siue de se, siue ex adstantibus circumstantiis est physica illa obiectiua malitia rationi rectæ aduersa, & sufficiens turpem moraliter reddere eius physicam efficientiam, & operationem, & voluntatem eius, quæ nec illam efficiens formaliter in se, Deum verbi gratia odiret, vel furaret, nec causaliter alium culpabiliter Deum odiret, vel furari faciat: ergo nequit Deus ad actum prauum, simultaneum adhuc concursum exhibere: Probatur: quia, etsi à creatura prauè pro libito operante determinetur ad concurrendum, ac proinde actus illius pravi, prout à creatura est, ac peccati creaturæ causa concursus illo, comitante solum minime sit, aut Dei operatio totum illum actum prauum, & si partialiter partialitate causæ, actiue attingit producit, atque in esse absoluto ponit: quod autem alter simul etiam apponat solum probat, alterum etiam tunc peccare, non autem Deum cooperantem physice non peccare, si operatio physica actus pravi physica illa obiectiua huius prauitate & oppositione cum recta ratione, etsi nulla inde denominatio actiua prauè operantis formaliter, vel causaliter inducatur, satis dehonestatur. Dices: honestari potius concursus Dei partialem, quia illum ex fine satisfaciendi muneri causæ primæ præbet. Contra: quia, quod de se, & intrinsece malum est, vt iuxta tuam hanc doctrinam physica, ac libera operatio entitatis actus pravi, ex sola eius attingentia actiua mala est, nullo quantumvis honesto fine adhibito honestari ita potest, vt prorsus, & absolute à fœditate denudet. Secundo, ad munus causæ primæ simultaneum concursum pertinere non posse ex tua hac doctrina argumentum contendit. Dices: Deum concurrere simultaneè cum creatura ad actum prauum proximè, vt naturale agens subditum create voluntatis arbitrio, vt diximus. Contra quia saltem remota libertate libere concurrat, cum libere decretum applicatiuum suæ omnipotentia conceperit: quod satis ad imputabilitatem, & culpam est, vt patet in suadente actum prauum, cuius determinatio libera proxima alterius voluntati relinquatur.

7. Dices: siuaforem actus pravi eius intentione actum prauum suadere: secus Deum suam potentiam voluntati creatæ applicare, volentem potius, vt ea ad actum prauum non vtratur vel abutatur eliciendam. Res nobis nunc non est de excusando Deo à causalitate mediata materialis peccati creatura ad quam exultationem satis discriminis Dei simultaneè concurrentis volentisque ita concurrere à suafore peccati impio homine vel dæmone ex intentionis diuersitate assignari ostendimus supra; sed de libera Dei cooperatione, physicoque eius influxu, & attingentia actionis illius prauæ physice rationi diuinæ, & humanæ ita aduersantis, vt ex eo, quod operatione libera Dei attinguntur hæc operatio inhonestæ reddatur, & turpis, atque ad hoc remotam eam attingentis libertatem sufficere eo exemplo contendimus; non autem, vt Deo tanquam auctori, & causæ creaturæ se ad actionem prauam proximè libere determinantis malitia tribuatur. Contra secundo, quia ad actiones prauas imperatas, & exteras apponendas proxima libera determinatio Dei est: creatæ autem voluntatis præcedit, cuius præsuppositæ exigentiæ Deus potens absolute non annuere, annuit tamen, & concurrere dectur. Terriò, in actibus prauis materialiter, etiam vitalibus, qui à dormientibus phreneticis, & amentibus sunt: proxima determinatio libera, vt absolute sint, Dei est ad eos actus volentis concurrere ad exigentiam coniuncti causalium naturalium ad eos actus elicientos: quare, etsi Dei odium, aut blasphemia sit, eos fieri, & esse, & concursu, & libera determinatione proximè venit; & tamen non peccat: quia nec ebrium, phreneticum, aut dormientem peccare facit, nec blasphemiam, Deique culpabiliter olorem, neque eis actibus Deus ipse sui osor, aut blasphemus est: ergo pura operatio actionis prauæ, quæ, nec alter, nec Deus ipse denominatione

creatur ita eos actus producendi Deo non repugnant, consequentia est ipsi Ruiz, (contra quem nunc agimus) perspicua, qui inde solum, quod ad hanc difficultatem ex hypothese productionis actus pravi à solo Deo actiue concurreret, & implicare posse, & supponit, & fatetur: quare sola antecedentis probatione opus nunc erit. Illud autem proba, quia ea productione odij v.g. Dei, nihil agente creatura, Deus non contraheret fœditatem causandi actum prauum & peccatū creaturæ, quæ absq; dubio non peccaret odio Dei, vel extra ipsam, vel in ipsa à Deo tamen solum actiue producta: ad quod proinde creatura non solum libere, vt opus ad eius moralem malitiam erat, sed vltrenus adhuc actiue non concurreret: sed nec contraheret malitiam odij Dei, seu sui ipsius formalem, nec causam solum; siquidem odio illo Dei decreto se ipsam Deus nullatenus odisset: imò neque odire posset: tum quia creatum illud odium est, nec Deo immanens; odium autem, quo quisque, vel ipsam, vel alium odisse potest, immanens esse debet: quo autem Deus odio aliquod habere debet esse increatum, & diuinum: ergo, neque, vt causa turpis odij Dei, neque vt se ipsum turpiter odio habens malitiam aliquam aut fœditatem incurrit.

4. Dices: odium Dei, quemuisque actum, siue de se, siue ex circumstantiis, in quibus agitur prauum, physice aduersari legi, & rationi naturali, ac proinde secundum se, vel secundum circumstantias, in quibus agitur, atque inde eius siue operationem siue mediatam, siue immediatam, & voluntatem illam volentis, vel quouis gradu causantis, libertate accedente, moraliter viciari. Hæc, & vnica solutio argumenti, & vnicum conclusionis aduersæ argumentum est: cuius impugnatione, & conclusio aduersa quassatur, & cuncto argumenti nostri præcluditur. Contra primo, quia nulla lex, dictamenve rationis naturalis, siue diuinæ, siue creatæ prohibet odium Dei, vel actionem turpem in abstracto, sed in concreto, non odere Deum: non *fornicari*, & id directe, indirecte aut, & mediate, ne *causauerit* vt alter Deum odiret, aut *fornicaretur*: & id quidem non solum formali denominatione, sed actiua eliciens odium, aut operantis fornicationem, furum, aut homicidium illave causantis in altero cum libertate efficienda, vel in se admittenda: vt eis, vel ipse actiua libera ipsi denominatione Deum odiret, vel alium, actiua etiam, libertateque ipsi denominatione, Deum odisse, vel fornicari faciat: quæ plane omnia in productione odij Dei, vel homicidij à solo Deo actiue illud producentis omnia absunt; cum nec per odium Dei se ipsum Deus odiret, nec creaturam actiue, & libere actiue, & libere actiua denominatione Deum odisse faciat.

5. Quod autem sola alterutra odij Dei, seu actus pravi, quo ita, vel operans Deum formaliter odiret denominatione actiua libera, vel alterum Deum odisse, prauève operari simili actiua libera denominatione faciat, dictamen rationis, (quæ in Deo lex æterna est) operatio aduersæ: non autem ipsum Dei odium, aliueve actus prauus, vel secundum se, & intrinsece, qui dicitur prauus, vel adstantibus circumstantiis in quibus prauus euadere satis sit eius actualis, siue formalis, siue causalis operatio. Probatur. Primo: quia dictamina eiusmodi legis æternæ, & rationis recte non terminantur, ferunturque, nisi ad potentes ita actiue ex rationis dictamine, & ex electione, & libertate operari in concreto denominatione actiua libera, vt patet ex omnibus præceptis Decalogi, quæ de iure naturæ sunt. Diliges Deum & proximum: non perieris: non occides: non furaberis, &c. & in aliis iure positio, quæ nisi ad potentes rationis dictamine pro libito vti, vel abuti aliquam dirigitur; nec, quoad vim coactiuam, nec quoad directiuam: Vnde irrationalium cotus, homicidij, rapinæ prohibita non sunt, quo circa rectum rationis dictamen, siue diuinum, (quod lex æterna est,) vel creatæ rationis, quo actus prauos auersatur, nequit ex parte adhuc obiecti in actus ipsos secundum se, & entitatem suam, vel solam, vel circumstantiis, in quibus prauè eliciuntur vellicat præcisè ferri, abstractendo ab actiua libera potestate operantis, ex qua actiua libera denominatione eos concretè operetur formaliter, vel alium simili denominatione faciat operari: quare distinctio illa malitiæ physice obiecti à malitia imputabilitatis eo modo, quo à nostro Ruiz explicatur locum non habet:

Nam his, quibus naturalis amentia adest, nec latæ leges sunt, nec ad tempus iis, qui ad tempus dementia laborant: quare nil obiectiue adhuc, & physice ipsis, quæ talibus, malum ex dementia accidenti operantur, ipsiue rationis dictamine prohibitum: ac idco, nec eis imputatur ad culpam: quam dubio procul incurrerent, si illis ea obiecta, & operationes ex parte obiecti prohibita absolutæ forent.

6. Probatur secundo, quia, si in actu prauo, siue de se, siue ex adstantibus circumstantiis est physica illa obiectiua malitia rationi rectæ aduersa, & sufficiens turpem moraliter reddere eius physicam efficientiam, & operationem, & voluntatem eius, quæ nec illam efficiens formaliter in se, Deum verbi gratia odiret, vel furaret, nec causaliter alium culpabiliter Deum odisse, vel furari faciat: ergo nequit Deus ad actum prauum, simultaneum adhuc concursum exhibere: Probatur: quia, etsi à creatura prauè pro libito operante determinetur ad concurrendum, ac proinde actus illius pravi, prout à creatura est, ac peccati creaturæ causa concursus illo, comitante solum minime sit, aut Dei operatio totum illum actum prauum, & si partialiter partialitate causæ, actiue attingit producit, atque in esse absoluto ponit: quod autem alter simul etiam apponat solum probat, alterum etiam tunc peccare, non autem Deum cooperantem physice non peccare, si operatio physica actus pravi physica illa obiectiua huius prauitate & oppositione cum recta ratione, etsi nulla inde denominatio actiua prauè operantis formaliter, vel causaliter inducatur, satis dehonestatur. Dices: honestari potius concursus Dei partialem, quia illum ex fine satisfaciendi muneri causæ primæ præbet. Contra: quia, quod de se, & intrinsece malum est, vt iuxta tuam hanc doctrinam physica, ac libera operatio entitatis actus pravi, ex sola eius attingentia actiua mala est, nullo quantumvis honesto fine adhibito honestari ita potest, vt prorsus, & absolute à fœditate denudetur. Secundo, ad munus causæ primæ simultaneum concursum pertinere non posse ex tua hac doctrina argumentum contendit. Dices: Deum concurrere simultaneè cum creatura ad actum prauum proximè, vt naturale agens subditum create voluntatis arbitrio, vt diximus. Contra quia saltem remota libertate libere concurrat, cum libere decretum applicatiuum suæ omnipotentia conceperit: quod satis ad imputabilitatem, & culpam est, vt patet in suadente actum prauum, cuius determinatio libera proxima alterius voluntati relinquatur.

7. Dices: siuaforem actus pravi eius intentione actum prauum suadere: secus Deum suam potentiam voluntati creatæ applicare, volentem potius, vt ea ad actum prauum non vtratur vel abutatur eliciendam. Res nobis nunc non est de excusando Deo à causalitate mediata materialis peccati creatura ad quam exultationem satis discriminis Dei simultaneè concurrentis volentisque ita concurrere à suafore peccati impio homine vel dæmone ex intentionis diuersitate assignari ostendimus supra; sed de libera Dei cooperatione, physicoque eius influxu, & attingentia actionis illius prauæ physice rationi diuinæ, & humanæ ita aduersantis, vt ex eo, quod operatione libera Dei attinguntur hæc operatio inhonestæ reddatur, & turpis, atque ad hoc remotam eam attingentis libertatem sufficere eo exemplo contendimus; non autem, vt Deo tanquam auctori, & causæ creaturæ se ad actionem prauam proximè libere determinantis malitia tribuatur. Contra secundo, quia ad actiones prauas imperatas, & exteras apponendas proxima libera determinatio Dei est: creatæ autem voluntatis præcedit, cuius præsuppositæ exigentiæ Deus potens absolute non annuere, annuit tamen, & concurrere dectur. Terriò, in actibus prauis materialiter, etiam vitalibus, qui à dormientibus phreneticis, & amentibus sunt: proxima determinatio libera, vt absolute sint, Dei est ad eos actus volentis concurrere ad exigentiam coniuncti causalium naturalium ad eos actus eliciendos: quare, etsi Dei odium, aut blasphemia sit, eos fieri, & esse, & concursu, & libera determinatione proximè venit; & tamen non peccat: quia nec ebrium, phreneticum, aut dormientem peccare facit, nec blasphemiam, Deique culpabiliter olorem, neque eis actibus Deus ipse sui osor, aut blasphemus est: ergo pura operatio actionis prauæ, quæ, nec alter, nec Deus ipse denominatione